Uiſitabo. Tropologice. Cum ſamaria ⁊ iheruſalem iraz domini ſuſtinuerint ⁊ ſe in ydolorum fabricatione erraſſe ſenſerint; tunc deſtruetur ſenſus magn⁹ aſſiriorum qui in tantũ contra dominum inflatur ſuperbiam; vt ſapientie ſue eſtimet cũcta ceſſura. Et quãuis ſint excelſa dogmata ⁊ dialetica arte munita: concutienda tamen et penitus deſtruẽda vt (tãq; pulli) non valeãt in ſublime cõſurgere et nec dum animata inſenſibilia eſſe atq; torpẽtia q̃d in ouis ſignificatur: nec mutire quidem nec mouere linguam cõtra ſui ſermonis fortitudinem audeant.

Banniret. Bannire eſt vulpium: vel vt alij auium.

Nunquid ⁊c. Quaſi ſicut hec inanimata tm̃ ſunt inſtrumenta nihil facientia ↄ ſe ſed ↄ eũ qui mouet ea ſic nec ſennacherib ↄ ſe ſz per dei virtutem operatus eſt vnde ⁊ gloriatio eius ſtulta ⁊ vltione digna.

Nunquid ⁊c. Diabol⁹ ſecuris ſerra ⁊ virga dicitur quia per illum infructuoſe arbores ſucciduntur diuiduntur ⁊ ſerrantur incredulorum durities ⁊ percutiuntur virga qui non recipiunt diſciplinã. Heretici quoq;

ſenſum quem a deo accipiunt peruertunt· ⁊ loquuntur contra eum a quo conditi ſunt· ⁊ lingue miniſteriũ quo dominus laudandus eſt· i blaſphemiam vertũt.

Et ſubtus gloria. Dicit hieronimus· ſecundũ hebreos corpa infectoꝝ celeſti igne exuſta· ⁊ in puluerẽ redacta· veſtimenta illeſa· ⁊ venientes iudei veſtiũ ſũmitate arepta puluerem excutiebant.

Die· Quidã volũt hũc regẽ ſignificare ptãtes cõtrarias ⁊ eũ eſſe aſſirioꝝ principẽ· ſicut legit. Principes pſarum ⁊ medorũ· ⁊ grecoꝝ. Et eum volũt ꝓpter ſupbiã ſenſum magnũ vocari· ⁊ iudicio gehenne tradi· que pata eſt diabolo ⁊ angelis eius. Lumen aũt iſrael· et ſanctũ· i· ipſum dñm ſuccendere vepres et ſpinas· ⁊ omnẽ aſſirij potentiam et innumerabiles populos ad nichilũ deducẽdos· tunc cũ timore pterritum quaſi colubrum tortuoſũ ⁊ fugitiuũ imminẽtes penas vel le vitare. Qui autem de ſaltu ⁊ confuſione eius lignisq; pituris potuerit euadere: eos dignos eſſe q̄ numerentur· ⁊ ſcribantur a puero· cuius pricipatus etiam in humeris eius.

Et erit lumen. Dñt hebrei ꝙ michael archangelus fuerit cui cõmiſſa eſt cuſtodia illius gẽtis· ſicut daniel dicit.

Et gloria ſaltus ⁊c. Carmelus mons magnus· fecũdus arboribꝰ. Quaſi exercitus innumerus (ſicut ligna ſiluarũ) ⁊ corpore ⁊ anima peribit.

Ad carnẽ. Heretici quoq; cum eccleſiaſtica doctrina illuxerit: ⁊ eoꝝ decipula paruerit: ad tantã veniũt ſolitudinẽ: vt de ſaltu infructuoſis

ſ quaſi qd eſſe non poteſt. ſ quia in ſe gloriatur· propter hoc.
baculꝰ qui vtiq; lignũ ẽ. Propter hoc mittet domiator dominꝰ
ſ principibus bellatoribus. ſ per angelum· c· lxxxv· milia interfecit·
exercituũ in pinguibus eius te
ſ ſub veſtibus. ſ multitudo exercitus· multitudo enim populi· gloria regis eſt.
nuitatem· et ſubtus gloria eius
ſ ſicut ignis comburens.
ſuccenſa ardebit quaſi cõbuſtio
ſ angelus qui ſuccẽdit eos· qui iudeis cuſtodiendis deputatur.
ignis· et erit lumen iſrael in igne
ſ idẽ eſt· ſ adiutor eoꝝ. ſ iſrael.
et ſanctus eius in flamma· ⁊ ſuc
ſ diuitie·
cendetur· et deuorabitur ſpina ei
ſ eius. ſ iniquitates ⁊ peccata. ſ multitudo exercitus.
us· et vepres i die vna· et gloria
ſaltus eiuſ· et carmeli eius ab aia
eius vſq; ad carnem conſumetur
ſ percuſſo eni exercitu· fugit in terrã ſuam· ⁊ in minime adorans deũ ſuũ, a filius ſuis occiſus ẽ.
Et erit terrore profugus· ⁊ relique
ſ exercitus innumerabilis vt ligna ſiluaꝝ· ſ · x. tantum cũ eo fugierũt· vt tradũt hebrei
ligni ſaltus eius pre paucita
ſ poterit ſcribere.
te numerabuntur· et puer ſcribet
ſ qui ante innumerabiles. ſ fugato aſſirio· ſ tem pore.
eos. Et erit in die illa· nõ adiici
ſ pauci remanentes· ſ · i· de· x· tribubus. ſ elapſi in hieruſalem. ſ ad ezechiam.
et reſiduum iſrael· et hi qui fuge
ſ cõfidere.
rint de domo iacob· inniti ſuper
ſ aſſirio. ſ ex amico factus inimicus· qui enĩ pꝛius pro eis damaſcũ cepit· ⁊ raſin interfecit·
eo qui percutit eos: ſed innitet
ſ qui ſanat. ſ qui ſanctificat. ſ vero corde.
ſuper dñm ſanctũ iſrael. In ve
ritate reliquie conuertentur· reli
ſ conuertẽtur.
quie inquam iacob ad dominũ
ſ qui poteſt liberare· ſ prophetat de aduentu chriſti.
fortem. Si enim fuerit populꝰ
ſ pauci ſ apoſtoli.
tuus iſrael quaſi arena mariſ: re
ſ ad chriſtũ. ſ euangeliũ.
liquie conuertentur ex eo. Con

arboribus· ⁊ innumerabili multitudie· vix pauci reſideant· qui eorum ſequantur errorem.

Et erit in die illa. Cum facee ⁊ raſin vellent venire· ⁊ duas tribus captiuare: miſit achaz ad regem egypti dicens: Seruus tuus ſum· veni ⁊ aufer iugum facee· ⁊ raſin de collo meo. Ille autem non liberauit eos· ſ; dominꝰ propter dauid ſeruum ſuũ· quo mortuo· ezechias filius eius regnauit pro eo· ⁊ omnia ſimulacra que impius achaz vbicunq; poſuerat confregit· ⁊ populum quẽ ille ad ritus gentilium pu̇erterat ad deum reuocauit. Quod audiẽs ſennacherib· iratus ẽ valde. Cũq; iam ſiros ⁊ philiſteos haberet· ⁊ · x· tribus captiuaſſet· cum innumerabili multitudine· hieruſalem aggreſſus eſt. Alias enim ciuitates iude iam añ vaſtauerat. Ĩn dicitur duabus tribubus vt non cõfidant in aſſirijs· ⁊ egiptijs· qui ſepe eos percutiebant· ſ; in deo ſuo ſpem ponant.

ſ in duobus mãdatis legis. ſ In undare faciet· quia in omnẽ terram · e· ſ· e· ⁊ in f· o· t· e·
ſummatio adbreuiata inunda
ſ vt ſupra· vel, que predicta erãt de ſua paſſione ⁊ reſurrectione hũani generis liberatione· tribus diebus conſummauit.
bit iuſticiam. Conſummationẽ
enim et adbreuiationem domi
ſ hieruſalem dicitur vmbilicus mũdi· i· ĩ medio omnis terre.
nus deus exercituũ faciet i me
ſ vt ſcilicet· non timeat ezechias·
dio omnis terre. Propter hoc
hec dicit dominus deus exercitu
um. Noli timere populus meus
ſ · i· ab aſſirijs.
habitator ſyon ab aſſur. In vir
ſ depredando nõ penitus delendo hieruſalẽ enim liberabo propter dauid ſeruum meum·
ga enim percutiet te· et baculum
ſ non pcutiet
ſuum leuabit ſuper te in via egyp
ti. Adhuc enim paululum modi
cũq;: et conſummabitur indigna
tio mea et furor meus ſuper ſcelꝰ
ſ egiptioꝝ aſſirioꝝ ⁊ ſennacherib. ſ vox prophete. ſ ſennacherib.
eorũ. Et ſuſcitabit ſuper eum do
ſ ſicut madianite a gedione ſine ſanguine iudeoꝝ victi ſunt. ſ vlnonem
minus exercituũ flagellum iux
ſ vbi occiſus eſt.
ta plagã madian in petra oreb·
ſ potenciam. ſ rubrum.
et virgam ſuam ſuper mare· ⁊ le
ſ quia ſperaſti in egiptus. ſ cũ ab egipto redierit.
uabit eam in via egypti. Et erit i
ſ hoc ſcʒ ꝙ auferetur. ſ ſennacherib· occiſo exercitu eius ab angelo.
die illa auferetur onus eius de
humero tuo· ⁊ iugum eius de col
ſ deficiet, dominatio a pꝛeſentia miſericordie dei·
lo tuo· et computreſcet iugum a
ſ viam ſennacherib ab egipto vſq; ĩ nobe deſcribit propheta. ſ feſtinãt. ſ curſum. ſ nolens ibi manere·
facie olei. Veniet in aioth· trã
ſ ciuitatem.
ibit in magron· apud magmas

Reliquie conuer· Secundum ioſephũ innumerabili iudeorum multitudine occiſa· intelligimꝰ paucos in apoſtolis ⁊ apoſtolicis viris eſſe ſaluandos.

Cõſummatio adb· Perfectio eorũ que de chriſto erãt tam longo tempore ante predicta· tribus ãnis ⁊ dimidio completa.

Iuſticiam. Qui iniuſte occiſus: mortem ⁊ diabolum iuſte vicit· ⁊ mundũ redemit morte.

Cõſummationem enim et. Ad litteram. Fecit quia tantam multitudinẽ preter decem: occidit breui ſpacio vniꝰ noctis.

Noli timere. Anagoge· Precipit populo eccleſie ne timeat aduerſarios· q̇ ad pugnandũ ſemp pati ſunt· ⁊ multa diſputatione aĩmas ſubuertũt. Ideo enĩ contra populũ dei pauꝝ illam poteſtatem accipiunt· ⁊ non tam gladio q̃ virga pcutiũt q: ĩ via egipti ambulauerũt· ⁊ nõ ſunt cõfiſi in dño. Cũ autem reuerſi fuerĩt· ⁊ viam egipti dereliquerint· flagellũ dei in iudicõ ſuſcitabitur cõtra aduerſarios. Madian nãq; ex iudicio interpretat· vt ſpũ oris eiꝰ ⁊ oleo miſe iugũ hoſtium computreſcat.

Super te in via egipti. Captiuans · x· tribus reuerſus eſt ꝑ ciuitates iude ⁊ beniamin q̄ erãt in via egipti q̃s ſubuertit. Vl' captis ciuitatibꝰ iude et beniamin· ⁊ pte irlm inferiore· reuerſus eſt in egiptũ. Cũq; iterum rediret ad irlm captiuandã· ciuitates que remanſerant· ⁊ in via ab egipto venientibus in irlm erant cepit ⁊ ſubuertit.

Paululum. Hoc longo tpe poſt completũ eſt: ſed oĩa ſecula eternitati (in qua omnia pꝛeſentia ſunt) compata momẽtanea ſunt.

Virgam ſuam. Quaſi anteq; veniat ſup te aggredietur tharachã regem ethiopie· ⁊ tranſibit mare rubrum· ⁊ leuabit virgam ſup egiptum ⁊ ſic cum multo exercitu reuertetur contra hieruſalem.

Tranſierunt. Preteritum pro futuro more prophetico.
Confortamini ⁊c. Poſtquã ſennacherib tetẽdit in nobe tẽtoria volens mane expugnare hieruſalem· nõ ceſſauit ad mediam noctẽ minari deſolationem hieruſalẽ dicens· En iſta ſola ciuitas liberari de manu mea poterit?
Ecce domiator d. Dixit pueri nomen de virgine naſcituri ſcilicet emanuel· ⁊ poſtea in vtero propheteſſe concepti ſcilicet accellera· ſpolia· detrahe· f· p· ⁊ ꝙ eſſz lapis offenſionis duabus domibus iſrael. Sz nũc antequã dicat ꝙ de ieſſe ⁊ dauid ſit naſciturus· ꝑ tranſlationem deſcribit eius paſſionem.

C ·XI·

Egredietur uirga. Hiero· Uſqꝫ ad principium viſionis babilonis prophetia eſt de chriſto· quã ꝑ partes explanamus: ne lectoris memoriã confundamus.
Egredietur. Uirgam et florem iudei ipſum chriſtum interpretantur· quia ĩ virga regnantis potentia· in flore pulcritudo. Nos per virgam mariam intelligimus cui nullus frutex adheſit. Uñ virgo concipiet ⁊ pariet filium ⁊ florem chriſtuz qui dicit. Ego ſum flos campi· ⁊ lilium cõuallium.
In euangelio nazareorum (quod hebraice ſcriptum eſt) ita habetur. Factum eſt autem cum aſcendiſſet domin⁹ de aq̄ deſcendit fons omis ſpiritus· et requieuit ſuper eum· dixitqꝫ illi. Fili in omnibus ꝓphetis expectaui te vt venires· ⁊ requiſcerem in te· tu es enĩz requies mea· ⁊ tu es filius meus primogenitus· qui regnas ĩ ſempiternum.
Requieſcet ſuper eũ ſ· d· Quia in ipſo habitat plenitudo diuinitatis· vñ Super quez videris ſpiritum deſcendentem.

ſfiduciam habens capiende vrbis· ſquaſi rediturus cito. ſſarcinas· ſpredictas ciuitates· vel magnas· ⁊ peruenerũt in gabaa· ⁊ dixerũt gabaa ſedes noſtra· ſſenacherib cũ ſuis: ſarcinis depoſitis·
commẽdabit vaſa ſua. Trãſierũt
ſubi paulatĩ refecit exercitũ· ſhinc enĩ diuertit. ſpau. facta·
curſi3: gabaa ſedes noſtra. Ob
ſquia vicina ſq: due ſunt huius nois. ſſedes regia. ſhoc audito.
ſtupuit rama· gabaa ſaulis fugit
ſergo. ſnimio vlulatu hinnies. ſequoꝝ more.
hinni voce tua filia galliatẽde
ſciuitates iſrael per quas tranſiuit. ſi· declinate diligenter impetum currẽtis.
ſq:. ſiam. ſfugiti
laiſa· paupcula anatoth· migra
ſciuitates iude mede· ⁊ ga· ſquaſi qui habitatis in collibus qꝺ ſignificat gabin.
uit medemena· habitatores ga
ſſennacherib ad exercitum dicit. ſarma capite. ſquaſi ſufficit hora diei vt in nobe figat tentoria.
bin. Confortamini adhuc dies
ſCiuitas in iudea· de qua fuit geſbi vn⁹ d· xxx· pricipib⁹ dauid. ſminas potẽtie
eſt vt in nobe ſtetur Agitabit ma
ſſyon mons ẽ ſup collem cuius hieruſalẽ ẽ.
num ſuam ſuper montem filie ſy
ſprophetia de paſſione domini. ſpater. ſſed.
on· et collem hieruſalẽ. Ecce do
ſpcutiam paſtorẽ· ⁊ diſpergẽtur oues gregis ſin paſſione.
minator dominus exercituũ: cõ
ſquia terremotus factus eſt magnus· monumenta aperta ſunt. ſcorpus chriſti terrenũ·
fringet lagunculam in terrore· ⁊
ſiudei· ſin vindictã paſſionis chriſti. ſa terra ſua. ſſupbi.
excelſi ſtatura ſuccidẽtur: ⁊ ſub
ſdeicientur.
limes humiliabuntur· ⁊ ſubuertẽ
ſſic vocat hieruſalẽ propter multitudinẽ populi tranſlatiue. ſromanoꝝ
tur condenſa ſaltus eius ferro:
ſhieruſalẽ vel templuz. ſſacerdotibus· vñ agi libane portas tuas· ⁊ deuoret ignis greſſus tuos ⁊ cedros tuas.
⁊ libanus cũ excelſis cadet.

C C ·XI·

ſSed prius. ſq:. ſprophetia de natiuitate.
E T egredietur
ſtumidis· ſmaria· ſde ſtirpe dauid. ſchriſtus, virtutũ flos· corona angeloꝝ ſertũ electoꝝ. ſmanſuetis
virga de radice ieſſe: et flos de
ſieſſe. ſa conceptione perpetua.
radice eius aſcendet. Et requie
ſchriſtum· ſin quo eſt libertas· quia ſpũs dominus eſt. ſipſe enĩ dei virtus· ⁊ dei ſapiẽtia eſt. ſvnde omnia in ſapientia f·
ſcet ſuper eum ſpũs dñi· ſpũs ſa
pientie· et intellectus· ſpũs conſi
lij et fortitudinis· ſpiritus ſcien
ſvnde non accepiſtis ſpũm in timore: ſed ſpũm adoptionis· ĩ quo clamamus abba pater
tie et pietatis· ⁊ replebit eum ſpi
ſin effectu initialis. ſcaſti permanẽtis.
ritus timoris domini. Non ſe
cundum viſionem oculorum iu
ſdicentibus magiſter ſcimus q: verax eſ ⁊c. Reſpondit quid me temptatis hypocrite.
dicabit: neqꝫ ſecunduz auditum
ſexterioꝝ·
aurium arguet· ſed iudicabit ĩ iu
ſſpũ: quoꝝ ẽ regnum celorum.
ſticia pauperes· ⁊ arguet in equi
ſapoſtolis· ſcorrigendo. ſdoctrina euangelij.
tate pro mãſuetis terre· Et pcuci
ſterrena opa. ſterrenos. ſi· lxx. verbo· ſi· potẽtia ſui pcepti. ſſolo verbo ſuo· i· precepto. ſictõ.
et terram virga oris ſui· et ſpũ
ſincrepaſti gentes ⁊ piit impius. ſantichriſtum ſcõm apoſtolum.
labiorum ſuorum interficiet im
ſpcuſſo impio· ſiuſti omnes· vnde his dixerũt velut veſtimento veteris·
piuz· Et erit iuſticia cingulũ lum
borum eius: et fides cinctorium
ſſaulus cũ anania· ⁊ huiuſmodi·
renũ ei⁹. Habitabit lup⁹ cũ ag
ſſupbus· ſqui non mutabat varietatem· ſhumili peccatore in eccleſia· ſqui immolatum paſca non qui a ſiniſtris·
no: et pard⁹ cũ hedo accubabit
ſnobilis atqꝫ ferox· ſprius ferociſſimus· ſinnocens paup· ſin eccleſia·
Uitulus et leo ⁊ ouis ſimul mo
ſpetrus piſcator ⁊ alij· ſducet· ſin viam pacis
rabunt: et puer paruul⁹ minabit

Non ſecundum. Non accipiet perſonam· quia non eſt perſonaꝝ acceptor deus· ſed in omni gente· qui timet deum acceptus eſt illi· vñ ait ve vobis ſcribe ⁊ phariſie.
Et arguet. Phariſeos ⁊ reprehendentes apoſtolos quando in ſabbato ambulantes per ſata· ſpicas vellentes manibus confricabant ⁊ manducabant.
Uirga. Poteſt per virgam ſententiã iudicij intelligi· In principio enĩ predicationis dixit penitentiam agite appropinquabit regnum celorum· et ſubiunxit. Omnis arbor que nõ f. f· b· e· ⁊ ĩ ignem mittetur.
Interficiet impium. Si enĩ michael interficiet (vt quidam dicunt) ipſe de⁹ tamẽ ĩ michaele hoc faciet.
Fides. Fideles bene opando adherebunt ei qui factus eſt ſapientia· iuſticia ⁊ ſanctificacio qui ait Ego lux ⁊ vita. Uñ veritas de terra orta eſt ⁊ c· et alibi. State accincti lumbos veſtros in veritate.
Lupus cum agno. Paulus cũ petro· vñ· Beniamĩ lup⁹ rapax et. Paſce oues meas.
Habitab lupus Nota ꝙ non agnus ⁊ hedus habitant cũ lupo ⁊ pardo· ſed lupus ⁊ pardus agni ⁊ hedi imitantur innocentiã ſ· xpiñ.
Hiero· Habitabit lupus ⁊c· Iudei et noſtri iudaiſantes contendunt ꝙ in aduentu chriſti· quez expectant in fine mundi omnes beſtie manſueſcẽt. Quos interrogamus ſi omia ad litteram accipimus· quomodo rebus incorporeis (iuſticia ſcilicet ⁊ veritate) renes domini circumdent? ⁊ q̄d dignum ſit maieſtate domini· vt lup⁹ ⁊ agnus paſcant? ⁊ ſimilia. Si autez reſponderint hec ꝓ hebetudine futura vt homines ſecuri fruantur bonis: audiãt nichil bonum niſi virtutem eſſe· ⁊ nichil malũ niſi viciũ. Unde. Cohibe linguam tuam a malo ⁊ labia tua ne loquantur dolum. declina a malo ⁊ fac bonum. Diuitie autem ⁊ ſanitas corporum· ⁊ omnium rerum abundantia ⁊ his contraria etiam apud philoſophos nec bona dicuntur nec mala. Unde ſtoyci qui in pleriſqꝫ noſtro concordant dogmati: nichil dicũt bonum niſi ſolam honeſtatem ⁊ virtutem· nihil malum niſi turpitudinem.
Uitulus ⁊ ouis humiles ⁊ innocentes carnem ſuam deo mortificãdo conſecrantes. Hec enim animalia ſacrificijs ſunt deputata· hanc diuerſorũ moꝝ piunctionẽ ĩ linteo qꝺ petro de celo quattuor initijs demiſſuz eſt

Spũs ſanctus ⁊c. Sicut ſermo domini lux et uita et reſurrectio vocatur: ſic ſpiritus ſapientie ⁊ intellectus conſilij· ⁊· f· ſ· p· ⁊ timoris domini· Nõ ꝙ diuerſus ſit iuxta differentias nominuz: ſed vnus ⁊ idẽ eſt fons cunctarum virtutum. Sine chriſto ergo· nec ſapiens quis eſt· nec intelligens· nec conſiliarius· nec fortis· nec eruditus· nec timore domini plenus. Hi ſunt ſeptem oculi in lapide vno ſecundum zachariam.
Et replebit ⁊c. Specialiter propter paruulos qui timore indigent quem foras mittit perfecta caritas. Qui enim timet: penam habet· ⁊ non ... Timorem domini docebo vos.

per que quattuor mundi partes intelligimus. erāt ibi quadrupedia ⁊ ſerpentes ⁊ beſtie ⁊ volucres celi figurari non dubitamuſ: vt qd arca in diluuio: hoc preſtet eccleſia in mundo.

¶ Leo quaſi bos pal. Principes enī huius ſeculi ⁊ ſimplices alij hiſtorie ſuperficie ſunt contenti: triticum enim ⁊ medullā .i. interiorem ſenſum non intelligunt.

¶ Infās. Chriſtꝰ uel apoſtoli malicia paruuli ſenſu perfecti qui demones eiiciebant de corporibus obſeſſis.

¶ Reguli. Regulus rex omnium ſerpentium qui flatu et viſu non ſolum cetera ſed ⁊ aues volantes necat ⁊ diabolum ſignificat. Sancti ergo ablactati qui ſcilicet iā ſolido cibo poſſunt vti: gaudēt mittere manum predicationis in cauernis aſpidis ⁊ reguli vt diabolum eiiciant de obſeſſis corporibus ſcilicet.

¶ Manum. Id ē diuinam potentiam in cōprehenſum exinde aſpidem vel regulum .i. diabolum tradet captiuum.

¶ Quia repleta ⁊c. More ſuo iſte prophetalia verba panduntur: ne ad litteram accipiātur.

¶ Qui ſtat in ſignum. Ecce poſitus eſt hic in ruinam ⁊ in reſurrectionē multorū in iſrael et in ſignum cui contradicetur.

¶ Lex. Qui conſurget vt ſit princeps gētium: in ipſum gētes ſperabunt et erit requies eius honor .i. mors eius glorioſa. Poſt quā de natiuitate eiꝰ ⁊ de ceteris ſacramētis dictū eſt: venit ad mortem que requies dicitur: quia in chriſto vita perpetua idē ſignificat ſepulcrum.

¶ Reſiduū. Reliquie ſalue fient. Tradunt enim hiſtorie. Quod apoſtoli toto orbe diffuſi predicauerunt euangelium ⁊ quidā perſas indoſq; penetrauerunt. vt ethyopia manum daret deo.

¶ Signum. Crucis in qua eſt victoria. vt ſciāt omnes in quo diabolus ſit victus.

¶ A quattuor. Hoc in pentecoſte videtur impletum. Unde erant in hieruſalem iudei vi. re. ex. o. n. ⁊c. Ex his crediderūt vna die tria m. alia die quinq;.

innocens. hoedus. verbo dei
cos. Vitulus ⁊ vrſus paſcen-
familie diſcipline dñi coniuncte ipſis inter ſe coniunctis.
tur: ſimul requieſcent catuli eo-
rex. ruſticus. intellectum ſimplicem. non carnes.
rum et leo quaſi bos paleas co-
vel ablactabitur. amotus a carnalibꝰ deſideriis.
medet. Et delectabitur infans ab
malorum corda. diaboli. occulte ſeuientis
ubere ſuper foramina aſpidis
vel nis. ſagitte ferientis. diaboli.
et in cauerna reguli qui ablacta-
predicationis.
tus fuerit manum ſuam mittet.
ſerpentes. diaboli. fidelibus. aliquē fidelem.
Nō nocebunt et nō occident in
eccleſia.
vniuerſo mōte ſancto meo: quia
per apoſtolos. in omnē terram exiuit. euangelii.
repleta eſt terra ſcientia domini
terram ſcz fluctibus. vel teo.
ſicut aque maris operientis. In
de iudeis credentibus. crucis. ſ. predicā. fiet. erit. vt oīa trahat ad ſe.
die illa radix ieſſe qui ſtat in ſig
poſt reſurrectionē ⁊ aſcenſionem.
num populorū ipſum reges de-
in quo iacuit. Mors ſepulti. tūc.
precabuntur: et erit ſepulchrū
honorabitur ab omnibus. Cū ſteterit hieſus in ſignum populorū.
eius glorioſum. Et erit in die illa
qui primū per ſe ſecūdo per apoſtolos vel in predicatione helie ⁊ enoch quando reliquie ſal. fi. primo enī apoſtolos cū paucis poſſedit. poſtea multa milia iudeorū.
addiciet dominus ſecūdo ma-
qui ſuperſunt tantis cladibus.
num ſuam ad poſſidendum reſi-
iſrael. non occiſum.
duum populi ſui quod relinquetur
noīa terrarū ⁊ ciuitatum.
ab aſſiriis et ab egipto et a phe-
tros et ab ethyopia et ab elam.
ne tantū videatur orientales ſignificare.
et a ſennaar et ab emath et ab in-
occidentalis. per apoſtolos.
ſulis maris. Et leuabit ſignum
primo. vnde vobis oportet pri. pre. ver. dei. gentes. diſperſos de x. tribubus.
in nationes: et congregabit pro-
de iuda ⁊ beniamin.
fugos iſrael. Et diſperſos iuda
colliget a quattuor plagis terre.

¶ Quattuor plagas mundi. orientem. occidentem. meridiem ⁊ ſeptētrionem ſignificat. vt totius mundi vocatio demonſtretur.

¶ Et auferetur zelus ⁊c. Quando yſaias hoc predicebat inter duas ⁊ x. tribus diſcordia inexorabilis erat credentes autem pacificati ſunt ī fide xpi ⁊ vnitate caritatis.

odium.
et auferetur zelus effraim et ho-
ſtes iuda peribunt. Effraim non
emulabitur iudam: et iudas non
Celeriter deſiderio predicandi.
pugnabit cōtra effraim. Et vo-
labunt in humeros philiſtiim per
diabolo auferent. orientales.
mare ſimul predabūtur filios oriētis
qui ante inimici. per iſtas gentes omnes intelligimus. latitudo .ſ. omnis arabie que ante dedita ydolatrie. implebunt.
Idumea et moab preceptū ma-
nus eorum: et filii amon obediē-
eis.
tes erunt. Et deſolabit dominus
hoc mare mag. ⁊ ſpa. ⁊c.
linguam maris egypti: ⁊ leuabit
regnum egipti. romanos adducendo.
manum ſuam ſuper flumen in for-
vel populi.
titudine ſpiritus ſui: et percuciet
eum in ſeptem riuis ita vt tranſe-
apoſtoli.
ant per eum calciati. Et erit via
predicatoribus. nō fugienti. deſpicietur a ſuperbis.
reſiduo populo meo qui relinque-
ſine impedimento.
tur ab aſſiriis: ſicut fuit iſrael in
percuſſa lingue. areſacto flumine. per mare rubrum.
die qua aſcendit de terra egypti.

¶ C. XII.

ET dices in
laudabo.
in die illa. Confite-
iuſte.
bor tibi quoniam iratus es
qui merui. ſed. in miſericordiam.
michi: conuerſus eſt furor tu-
redimēdo. iam verbū caro factū ē
us et conſolatus es me. Ecce de-
hieſus qui ſaluū faciet populum a. p. e.
non timebo quid faciat michi homo.
us ſaluator meus fiducialiter
quia non cōfidam in ydolis nec timebo nō timenda .ſ. diabolum.
agam et non timebo. Quia forti-
non ydola.
tudo mea et laus mea dominus
incarnatus.
et factus eſt michi in ſalutem.

¶ Et uolabunt. Apoſtoli de quibus. Qui ſunt iſti qui vt nu. vo. Sepe enī nauigio inſulas adierūt inter quas et phyliſtinorū quibꝰ verbū vite annūciauerūt ⁊ fidei ſubiugauerunt. Quod pauli exēplo coniicimꝰ q nauigabat ad iſtas inſulas et vt ipſe ſcribit: ad hyſpanos.

¶ Preceptū manus eorū. Quod precipiunt operātur et verbo docent ⁊ exemplo.

¶ Linguā maris. Qua ydola laudabat mare .i. popolus egipti qui ſuper omnes ydola colit. vt eum laudet ⁊ timeat ⁊ ydola condempnet ⁊ abiiciat.

¶ Et leuabit. Vt idumea ⁊ moab et filii amon tradent manus apoſtolis: ſic ⁊ egiptii.

¶ Et percutiet. Id ē minuet: pro vno ſeptem principes ponendo. Vnū regem habebat libia alium pentapolis alium tebaidis alium alexandria alium egiptus.

¶ Et percutiet ⁊c. Cum hec yſaias prediceret nondū nilus diuiſꝰ erat quē poſtea alexander in ſeptē riuos diuiſit. Regnāte aūt octauiano auguſto .i. xpo nato cū primum facta eſt deſcriptio: regnum egipti in morte cleopatre deſtructum eſt ⁊ diuiſum eſt in ſeptem principes. Nilus quoq; qui antequā ab alexandro diuideretur immeabilis erat: cum romani riuos ampliaſſent: pene exiccatus per imas valles ſerpebat vt ſiccis pedibus tranſirent.

¶ Ut tranſeant ⁊c. Sub methaphora nilus diuiſus ⁊ in ptes ceſus dicitur vt apli calciati .i. ſecure ⁊ ſine impedimēto predicātes libere poſſēt diſcurrere ad vltimas ptes egipti romanorū virtute pacati.

¶ Ante natiuitatem dñi non licebat de gente in gentē tranſire: qd poſt paſſionem eius licuit domino euangelio viam preparante. C XII.

¶ Confitebor. Sicut tranſito mari rubro dixerūt cantemus dño ⁊c.

Sic regno mūdi de-
ſtructo dicit eccleſia
confitebor tibi ⁊c.
¶ De fontibus.
Vñ benedicite do-
mino de fontib9 iſr̄.
¶ De fon. ſal. Ne
videret̄ alter eſſe q̄3
quem ſupra noīauit
emanuel. ſpolia de-
trahe. ab eo quē3 ga
briel virgini prenun
ciās hieſum vocauit
ſic ⁊ vocabis nomen
eius hieſum. Jō ſal-
uatorē quoq3 appel-
lat vt prophetia cum
euangelio conueniat
¶ Hier. libens al
legorie ſpacijs i yſa
ia euagat̄. ⁊ interpre
tatis nominib9 inge-
nium ſuum facit eccle
ſie ſacramentum. Eu
ſebius pamphyli hi-
ſtoricam expoſitionē
promittens obijt9 p-
poſiti in orig. morem
excidit.
¶ C. XIII.
¶ Onus babi-
lonis. Babilō me-
tropolis chaldeorū3
cuius muri. xvi. milia
paſſuum per quadrū
ab angulo in angulū
qui eſt ſimul. lxiiij. mi
lia ſcilicet. xl. duabuſ
leucis ⁊ duabus vni-
us leuce partibus tē-
debantur. Jbi turris
trium milium paſſuū
in altitudine. i. duab9
leucis a lato in angu
ſtum coartata. Et q2
ibi confuſū3 eſt labiū
hebraice babel grece
dicitur babilon. Jbi
nabugodonoſor rex
potēntiſſimus q̄ inter
ceteras terras etiā iu
deā captiuauit. in eu
ius conſolationē per
yſaiam illius deſola
tionem ſpiritus ſan-
ctus lōge ante predi-
cit. ſic: Onus. ba. ⁊c.
¶ Babilonis. i. mū
di qui linguas opera
menteſq3 confundit.
cuius rex velut na-
buchodonoſor q̄ di-
cit. Hec oīa tibi da-
bo ſi ca. ado. me.
¶ Montem cali.
Myſteria eccleſie po
ſuit tenebraſ latibulū
ſuum.
¶ Leuate. O an
geli. et o pphete. pdi
cate ei9 deſolationē.
¶ Militie. Pre
dicatoribus iſtructis

ſo fideles ſdoctrine. † ſflumina de uentre eius fluēt aque viue. ſeuāgelio. ſnō de flumine egipti quod percuſſum eſt.
Haurietis aquas in gaudio de
ſ ipſe enim ſaluum faciet populū ſ. a. p. e. ſ vos reliquie iſrael conuerſis gentibus.
fontibus ſaluatoris. et dicetis
† ſRelictis ydolis. eum laudādo. vos accuſando.
in die illa. Confitemini domino
† ſvt hieſus ſaluet vos. ſ ſolus cui cantandum eſt. ſpredicate.
et inuocate nomen eius. Notaſ
ſin fidelibus. † ſ Mandatū no. do. vo. vt di. inuicem.
facite in populis adinuentōes
ſexcelſas d. ⁊. h. r.
eius. mementote quoniam excel
ſ ſolius cui cantandum ē.
ſum eſt nomen eius. Cantate do-
ſmorte mortem vicit. carnem in celo vexit ⁊ huiuſmodi.
mino quoniam magnifice fecit:
ſo apoſtoli. † ſmagnalia eius. † ſin omnē ter. c. ſ. e. ſvbi mīa ei9.
annunciate hoc in vniuerſa ter-
ſergo tibi. ſalūs. ſ dei tuū. ſdei tui. ſ. i. primitiua eccleſia de gētibus. eccleſia catholica.
ra. Exulta et lauda habitatio ſy
† ſ medio tolim tantū notus in iudea. † ſqui ſanctificat iſrael.
on: q2 magnus in medio tui ſan
ctus iſrael

¶ C. XIII.

ſhoc eſt. ſmiſeria.

**O**Nus babilo
ſcorde.
nis: quod vidit yſaias
† ſbabilonem ſupbam. ſ tenebras tribulationis vel penas incendij. multi enī ſucenſi incēdio eius.
filius amos. Super montem ca
o predicatores. ſmedi ⁊ perſe. ſcrucis victorie. † ſpredicando de altis.
liginoſum leuate ſignum. et ex
† ſopa bona faciendo. ſhoſtes adiuuando. ſeleuatio manuum me. ſa. ueſ.
altate vocem. leuate manū. ⁊ in
ſbabilonie. ſſcripture ſacramenta.
ſperſaꝝ ⁊ medoꝝ. ſCirus ⁊ darius.
gredientur portas duces. Ego
ſvt veniant. ſ inſpirando. † ſmedis ⁊ pſis obedientibus michi. ſin ꝯpatione babilonis. ſminiſtris.
mandaui ſanctificatis meis. et
ſſicyt paulum. ſin hoc mihi ſeruientes.
† ſo entia vt timerent poſtea. ſvindicta.
vocaui fortes meos in ira mea
ſvnde ſanct: eſtote quoniā ego ſanctus ſum.
† ſNon in fortitudie ſua. ſ impetū ⁊ multitudinem hoſtiū deſcribit. ſaudita. ſ conſona. vnde ad ipſum dicamus oēs.
exultantes in gloria mea. Vox
ſmedoꝝ ⁊ perſaꝝ. ſſanctis.
multitudinis in montibus qua
ſbabilonis. ſ multoꝝ. † ſ audita eſt.
ſi populorum frequentium: vox
† ſmagiſtroꝝ. ſdarij cyri ⁊ alioꝝ cum eis. ſdiſcipulorum.
ſonitus regum gentium congre-
ſomnis poteſtas a deo.
gatarum. Dominus exercituum
ſmedis ⁊ perſis.
precepit militie belli: venientib9
ſa finibus terre a. t. cla. ſ A ſummo celo egreſſio eius. ſquaſi a finibus terre.
de terra procul. A ſummitate ce
ſvenie: † ſ bellatores. ſ cyrus ⁊ darius.
li dominus et vaſa furoris eius

† ſterrena ſapientes. ſ ergo o babilonij. ſ penitendo.
vt diſperdat omnē terram. Vlu-
ſvltionis. ſ iudicij. vel mortis cuiuſq3.
late quia prope eſt dies domini
ſalias q2. † ſmetaphoram bellatoris ſaat. ſvaſtabitur. ſ. babilon.
quaſi vaſtitas a domino veniet
† ſ conforte manus diſſolutas. ſ chalde orum. ſpauore. inimicoꝝ.
Propter hoc omnes man9 diſ
ſoluentur: et omne cor hominis
ſdeficiet. † ſconſcientia peccati. † ſtūc ſconſcientie. ſventris.
contabeſcet et cōteretur. Torti-
ſalioꝝ membrorum. ſeoꝝ.
ones et dolores tenebunt: quaſi
ſ incomparabiliter. ſ ꝝ. ſvidens eum in eaſdem tormentis.
parturiētes dolebūt. Vnuſquiſ-
ſpro nimia miſeria.
q3 ad proximum ſuū ſtupebit fa-
cies cōbuſte vultus eorum. Ec-
ſquia. ſcaptiuitatis vel iudicij generalis. ſ patientibus.
ce dies domini veniet crudelis
ſeſtimatione maloꝝ. ſ in inferno quis cōfitebitur. nō eſt tempus penitentie ſed pene
⁊ indignationis plenus et ire fu-
† ſque peccatoꝝ pondere grauabatur. ſbabilonis. † ſ vt deletis ſceleribus ſola iuſticia regnet in terra.
roris ad ponēdam terram in ſo-
ſcontritione expellendos.
litudinem. ⁊ peccatores eius cō-
† ſ vel ea. ſ principes. ſ babilonis.
terēdos de terra. quoniam ſtel-
ſafflictis videntur omnia tenebroſa.
le celi et ſplendor earum non ex-
ſſuper babilonē. † ſ aduenientibus medis ⁊ perſis. ſeis.
pandent lumē ſuū. Obtenebra
ſetiam. † ſbaltaſar rex in corde ſuo. ſregina.
tus eſt ſol in ortu ſuo. ⁊ luna nō
ſplendebit in lumine ſuo. Et viſi
ſbabilonis pro nimia multitudine popul.
tabo ſuper orbis mala: ⁊ contra
ſ viſitabo. ſeoꝝ.
impios iniquitatem. Et requieſce
re faciam ſuperbiam infidelium.
et arrogantiam fortium humiliabo
ſtunc. ſrarior. ſpoſt deſtructionem. † ſin terra pſecutionis. cum venerit filius hominis putas fidem inueniet in terra.
Precioſior erit vir auro: ⁊ ho-
† ſaurum rubeū. ſ ſymbolice.
mo mundo obrizo. Super hoc
ſvidebitur captiuus moueri. † ſ non ſolum homines.
celū3 turbabo: ⁊ mouebitur ter
ra de loco ſuo: propter indignati
onem domini exercituū3: ⁊ prop-
ſbabilon.
ter diem ire furoris eius. Et erit
ſcelo ⁊ terra cōmotis. ſleonem. ſlupū. ſerrabunda. i. diſcipuli.
quaſi damula fugiēſ. ⁊ quaſi ouiſ
† ſ niſi dominus de quoꝝ domino greſſus h. d. ſad defenſionem. vel ſalutem. ſ liberatus a falſis magiſtris.
et nō erit qui congreget. Vnuſ-
quiſq3 ad populum ſuū3 ꝯuertet

armatura apli vt om
nes interficiāt erigen
tes ſe ꝯtra ſciam dei.
¶ Diſſoluentur
Quia nullum opus
dei iuſticia dignum
reperietur. Vnde nō
iuſtificabitur in con-
tuo omīs viuens et ſi
iniqtates ob. d. d. ⁊c.
¶ Cōbuſte. Qua
ſi carbones nimio do
lore. vel in re. Multi
enim fuere combuſti.
¶ Cōbuſte igne quē
ſibi ſuccenderunt. q2
dicere non poſſunt:
Signatum eſt ſuper
nos l. u. t. d. ⁊ nos au
tem reuelata facie g.
d. cōtempla.
¶ Obtenebra
tus eſt ſol. Poſ
ſunt hec ad diem iu
dicij referri: quando
omnia luminaria ob
tenebrari videbūtur
comparata ſplendo
ri chriſti.
¶ Et viſitabo.
Vindicabo vt corri
giam. vehemēter au
tem ſuper impenitentes.
Jrat9 inquit nō
viſitabo ſuper filias
veſtras cum for. fue
rit ⁊c. De his autē q̄
in xpo ſunt crediturj
dicitur viſitabo ī vir
ga iniqtates eorum.
Miſericordia autem
mea nō auferet ab eis.
¶ Et requieſce
re. Quaſi hoc faciā
vt q̄ ſupbit humiliet̄
Deus enī ſupbis re
ſiſtit humilib9 autē dat
grām. anī ruinā exal
tabit̄ cor.
¶ Precioſior
erit u. a. Hia rara
pcioſa. i. vir babiloīſ
rarius inueniet̄ auro.
Sic̄ dr̄ ſermo dn̄i p
cioſus. i. raro inuenie
bat̄. Jn die quoq3 iu
dicij viſitabit dn̄s ma
la orbis ⁊ q̄eſcere faci
et arrogantiā ꝯdemo
nū. ⁊ pauci inuenient̄
electi ꝓpt̄ pſecutionē
antixpi.
¶ Celū tur ⁊c. Nō
q2 aīata ſint. ſ3 ꝓpt̄
dignatōe3 dn̄i q̄ reſpi
cit ter. ⁊ faciet e. tre.
¶ Forſitan imminē
te captiuitate celū to
nando. ⁊ terra ꝯcutiē
do mota ē. Pōt ⁊ d̄
die iudicij legi.
¶ Damula. Da
mula diabol9 ē pua

doctrina eius magiſtri in damula ſignificãtur· que grece dicit̃ dorcas.
℃ Ecce ego ſuſcitabo ꝛc. Legimus in geneſi: ꝙ ꝛ madai filius noe auctor medorum fuit· qui interpretatur menſura ſiue a potente vel forti. Igitur cõtra babilonios qui mente confuſi ſunt· ſuſcitãtur a potẽte ꝛ forti deo fortitudines ad puniendum: que reddant vnicuiqꝫ ſcd̃m · o · ſ·. In qua enĩ menſura menſi ſunt: reme· eis.
℃ Et erit babilon ꝛc. Non poſtea redificata eſt: ſed dicitur in medio eiꝰ eſſe lacus ſerpẽtibus plenus· ꝛ arbuſta in quibus odibiles beſtie ꝛ aues· ꝛ venatio regia et inhabitabilis eſt ꝓpter portẽta. Due ciuitates apd̃ medos dicũtur facte ex ea teſiphontes et ſeleucia ſalicet.
℃ Mor. Notand̃ ꝙ ꝑ ſermonem domini vrbe confuſionis euerſa vt ſodome et gomorre ꝓparetur ñ habitabitur a ſanctiſ ibi ſed beſtie requieſcent. Quicquid enim heretici loquũtur: in ſynagogis ſathane: non eſt doctrina dñi ſed vlulatꝰ demonũ et piloſorũ quos imitatur eſau. Syrene quieſcent in delubris voluptatis· que dulci ꝛ mortifero carmĩe aĩas trahunt in profundum a lupis ꝛ canibus deuorandas.
℃ Beſtie. Per has oẽs beſtias lucifugas demonũ vel angeloꝝ fortitudines intelligimus· quibus ad puniendũ tradũt
℃ Strutiones De quibꝰ in iob ſatiſ tractatum eſt · que de terra altius nõ elevant cũ pennas habere videant.
℃ Piloſi. Silueſtres hoĩes hiſpidi q̃ et incubones vel ſatiri· ſ genera demonũ.
℃ Ulule. Magnitudinis cornine: ſed maculis reſperſe· que roſtro in palude fixo horrendum ſtridũt.
℃ Syrene. Sunt ſerpẽtes criſtati· ꝛ alati velut alij piſces marini in

ſ vnuſquiſqꝫ auxiliator· vel qui a babiloniis captiui tenebãtur. ſ hoc qua oẽs ſunt
et ſinguli ad terram ſuam fugi-
ſ qui venerat ad auxilium ſ in hereſi.
ent. Omnis qui inuentus fuerit
ſ malus vt viuat bonus· ſ ab hoſtibus.
ſ vere impiũ et non erit. ſ reſiſtere voluerit. ſicꝫ
occidetur: et omnis qui ſuper-
ſ qui nõ venerant ad perfectam caritatem. ſ beatus qui tenebit ꝛ al· par· i· a· pet· ſ ipſiali
ueniet: cadet in gladio. Infãtes
ſ vt perfecti ſint. ſ magiſtroꝝ
eorum allidentur in oculis eorũ
ſ opes vtenſilia. ſ eccleſie. ſ praua ſapiẽtia ꝛ doctrina peruerſa que cõce· do· ꝛ pe· ui·
diripiẽtur domꝰ eoꝝ: et vxores
ſ hoſtili libidine· ſ eni. ſ inſpirando.
eoꝝ violabũt. Ecce ego ſuſcitabo
ſ terrena amantes. ſ babilonios. ſ demones vel predicatores qui ſeculari ſciẽtia nõ delectentur. ſ initorez eloquii in quo ſibi applaudebant.
ſuper vos medos· qui argentuꝫ
ſ deſiderio occidendi. ſ acumẽ ingenii ſꝫ tantũ penus delectãtur.
non querant: nec aurum velint
ſ ſacre ſcripture· ſ vt fiant magiſtri.
ſ nec innocẽtibus pcent.
ſed ſagittis paruulos interfici-
ſ in errore. ſ Non ad voluptatem ſed ad ſalutem.
ent: ꝛ lactantibus vteris nõ mi
ſerebuntur· ꝛ ſuper filios nõ par-
ſ ſuſcitatis medis.
cat oculus eorum. Et erit babi-
ſ mundus. ſ olim.
lon illa ciuitas glorioſa i regnis
ſ olim. ſ gloria. ſ quaſi demonioꝝ. ſ trãſibit mundus· ꝛ cõcupiſcẽtia eius· vidi celũ no· ꝛ ter· no· ſ verſa·
inclita in ſuperbia chaldeorũ ſi
cut ſubuertit deus ſodomam et
ſ a. ſ vſqꝫ
gomorram. Non habitabit vſqꝫ
in finem: et non fundabitur vſqꝫ
ſ vſqꝫ in finem.
ad generationem et generationẽ
ſ quia videt eam deſertam. ſ chriſtus· vade facite iter illi qui· aſ· ſuper· oc· o· n· illi· ce· ce· ad ori· ſ occidentalis qui ad finẽ tendit obliuiſcẽs preterita: tendit in priora.
Nec ponet ibi tentoria arabs:
ſ feſſi. ſ angeli qui preſunt humano generi.
nec paſtores requieſcent ibi· ſed
ſ in mũdo ſcꝫ· ſ Ne tradas beſtiis aĩnas confi· ti·
requieſcent ibi beſtie: et reple-
ſ vbi letabũtur. ſ babilonioꝝ. ſ ſel draconum· ui· coꝝ.
buntur domus eorum draconi
ſ aues ſolitudinem amãtes· a parte totum·
bus. Et habitabunt ibi ſtrutio-
ſ ſter· demones. ſ vel ſtabũt. ſ adinuicẽ
nes: et piloſi ſaltabũt ibi: ꝛ reſpõ
ſ vox lamentabilis.
debunt ibi vlule in edibus eius
ſ que auditores ducũt ad mortem. ſ in quibus luxuriabãtur. ſ vbi deũ maxime offẽderunt.
et ſyrene in delubris volupta-
tis.

℃ C. ·XIIII·

ſ eo cui omnia ſ preſentia ſunt. ſ quaſi· ꝛ hoc cito.
PRope eſt ut
ſ captiuitatis: vel ruina hereticorum.
veniat tempus eius: ꝛ
ſ deſerta babilonie. ſ primo ãno cyri qui iudeos captiuos ſoluit de captiuitate babilonis.
dies eius nõ elongabũtur. Mi
ſ eoꝝ qui ſuplantant vicia·
ſerebitur enim dominus iacob
ſ apoſtolos vidẽtes deũ mente. ſ eos qui redierunt cum zorobabel ꝛ aliis ducibus·
ꝛ eliget adhuc de iſrael: et requi-
ſ terrã viuentiũ.
eſcere eos faciet ſuper humum
ſ eccleſiam. ſ gẽtilis. ſ qui recierunt. ſ electos.
ſuam· Adiũgetur aduena ad eos
ſ fide· ſ affectu nõ captiuitate·
et adherebit domui iacob. Et te
ſ reuertẽtes.
nebunt eos populi: et adducent
ſ gentiles· ſ aduenas· ſ eccleſiã. hieruſalẽ ſ prodeſt malis ſeruire bonis. vnde eſau dicit fratri tuo ſeruies·
eos in locum ſuum. Et poſſide-
bit eos domus iſrael ſuper terrã
dñi in ſeruos ꝛ ancillas: et erunt
ſ vinculis fidei vel in tẽe aſſueri vel holofernis ſ ſophiſmatibus
capientes eos qui ſe ceperant: ꝛ
ſ penitẽtie· ſ ſeruituti· ſ quando omnia lucri cauſa faciunt.
ſubiicient exactores ſuos. Et erit
ſ o iſrael ꝛ iacob.
in die illa cum requiẽ dederit ti-
ſ eccleſia· ſ quo ꝯtra hereticos vel quoſlibet compugnaſti· ſ a violentia qua tractꝰ in captiuitate·
bi deus a labore tuo: et a ꝯcuſ-
ſ falſi dogmatis· ſ chaldeoꝝ.
ſione tua et a ſeruitute dura qua
ſ hoc erit. ſ non ſimpliciter hiſtoriam.
ante ſeruiſti: ſumes parabolam
ſ hereticũ ſermonem. ſ erroris ꝛ ꝯfuſionis
iſtam contra regem babilonis ꝛ
ſ penaꝝ· diabolus· vel tributoꝝ· vel nabugodonoſor
dices: Quomodo ceſſauit exa
ſ pecunie vel peccati· ſ ſic· ſ·
ctor: quieuit tributum? Contri-
ſ diabolum vel nabugodonoſor·
uit dñs baculum impiorum· vir
ſ qui nolunt ſuſtinere iugum leuegam
gam dominantium cedẽtem po-
ſ ſua vel dñi. ſ morte eterna· ſ quia vult occidere nõ emendare·
pulos in idignatione plaga iſa
nabili: ſubiiciẽtem in furore gen
ſ a labore· ſ hoc contrito.
tes: perſequentẽ crudeliter. Cõ
ſ que ſeditione plena erat. ſ in damnatione eius· a fletu·
quieuit et ſiluit omnis terra: ga
ſ letabitur iuſtus cũ viderit u·
ſ alias uit ſ in dñi virtute ſublimes.
uiſa eſt· ꝛ exultabit: abietes quo
ſ o diabole vel nabugodonoſor·
qꝫ letate ſunt ſuper te: et cedri li-
ſ dicentes· ſ dor· ſomno mortis·
bani. Ex quo dormiſti nõ aſcẽdit

ſpecie muliebri· vel portenta diaboli que dulci cãtilena decipiunt hoies huius ſeculi naufragiũ non clauſis auribus tranſeuntes.
℃ C XIIII.
℃ Prope eſt ut ꝛc. Alleg. Incarnationis· ſic enim miſertus dñs iacob· i· noui ꝑpli. De iſrael elegit aplos ꝛ alios quos requieſcere fecit ſup humũ ſuã· i· eccliam.
℃ Iacob ꝛc. Nota ꝓprietatem verborum· Iacob: qui adhuc in lucta eſt miſeretur. Iſrael qui poſt victoriã nomen accepit: elegit.
℃ Seruos. Legi obedientes de vtroqꝫ ſexu· vel in tantuꝫ exaltati ſunt poſt captiuitatem: vt de gẽtibus ſeruos ꝛ ancillas haberẽt· ſ· hebreos.
℃ Quomo c· ex· Admirãdo qũo vaſtator terraꝝ· ꝛ tributis cũcta opprimens ſit ꝯtritꝰ· ꝛ ad nihilũ redactꝰ· et poſſũt hec in ꝑſona electoꝝ i· de iudicij de diabolo legi· vel de nabugodonoſor vt fabulantur hebrei.
℃ Qũo· A domo dei iudicium incipit· vñ a ſanctis meis incipite. Pro diuerſitate enim peccati: diſponitur ordo iudicij vt qui minus peccauerũt: añ purgent· nouiſſima autẽ inimica deſtruet mors.
℃ Exactor. Qui exigit vſqꝫ ad nouiſſimũ quadrantẽ a debitoribus ſuis· qui dicũt dimitte no· debita. Huic tradent debitores· huic tradi paulus corinthũ fornicantem.
℃ Baculũ Vocat nabugodonoſor· vel diaboluꝫ qꝛ ſicut per illũ flagellant a deo impij: ſic ꝑ hũc i pgnis inferni vel quondie in peccatis ſuggerendo· inſidiando.
℃ Abietes. Principes diuerſaꝝ gentium ab illo afflicti. Vel filij quoꝝ patres interfecit.
℃ Ex quo dormiſti. Quia victo forti ꝛ direptis vaſis eius ſatellites corruerunt· vnde. Ite in ignẽ eternum q̃ patus eſt diabolo ꝛ anglis eius

¶ Nota mors mortis dominio dicitur.
¶ Qui ſuccidat. Vñ Operuit mõtes vmbra eiꝰ. ⁊ arbuſta eius cedros dei. Has aliqñ peccãtes tradit dñs ſupplicio cõterendas. Vnde conteret dominus cedros libani.
¶ Infernus. Habitatores vel principes eiꝰ iferni ſubtꝰ. Sub terra ei ẽ. Infernus in quo viſus eſt diues ille a lazaro. vnde dominus vinctos ſuos eruit: vinctum diabolum dimiſit.

¶ Omnes principes. Et ſi hec facta non ſunt: tñ fieri potuerũt.
¶ Solaciũ eſt malorũ inimicos habere ſocios penarum.
¶ Vulneratus. Qui imortalis ⁊ deꝰ videbaris. Nos ꝑ inbecillitate ſenſuũ putabãꝰ nõ poſſe reſiſtere potentie dei ⁊ te ſoliũ in altitudie tua ꝑmanere.
¶ Subter. Putredo tinea ⁊ operimẽtum vermium: pene eterne ſunt quas propria gignit conſciẽtia. Vel ſuppliciorũ materia que ex proprijs peccatis naſcit. ſicut enim quandiu humor eſt in cadauere: vermes naſcentur ex putredine. ſic ex ipſa materia peccatorũ gignũnt ſupplicia.
¶ Requies diaboli lectus tẽptationis q̃ dicebat. hec omnia tibi dabo: ſ. c. a. m.
¶ Qui mane oriebaris. Hi ſunt falſi apoſtoli. operarij mendaces. qui transfigurantur in apoſtolos chriſti qui lolium ſuperſeminant. dormiẽtibus prelatis: ⁊ nolẽtibus vel non valentibus reſiſtere.
¶ Allego. Lucifer qui mane o. Diabolus in exordio mundi creatus vel inter angelos glorioſus. ſʒ corruit ſcdʒ illd. Videbam ſathanan ſicut fulgur de celo cadentem. qui prius cogitabat i celũ conſcẽdam. ſup. a. c. ad ſoliũ dei. ſ. Poſt lapſum quoqʒ arrogat idem ſibi. vnde ⁊ gloriatur aſcendere ſup angelos in celum. vl ſuper nubes corda ſcilicet electorũ. ⁊ ſedere in mõte teſtamenti in eccleſia. ⁊ in lateribus aquilonis: in frigidis.
¶ In celum concen. In firmamento erat: in celũ vbi eſt dñi ſoliũ cupiebat aſcendere.
¶ Hec omnia ad hereticos ſunt referenda. qui cum deorſum ſint: cũ principe ſuo iactant ſe excelſos eſſe.
¶ In late. aquilonis. Vnde ab aquilone exardeſcunt mala ⁊ ſucceditur olla ieremie. De quo. Dicam aquiloni da. i. redde captiuos.
¶ Nubium Prophetarum. de quibus. Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem. ⁊ veritas tua vſqʒ ad nubes. Judas nubes fuit cum alijs apoſtolis ſed vicio ſuo diabolum aſcenſorem ſuſcepit.

ſoccidat. ſ penalis locꝰ vel diabolus. qui prepoſitus eſt inferis
qui ſuccidat nos. Infernus ſub-
ſ in amaritudinem verſus. ſ cõturbari potuit
tus conturbatus eſt in occurſum
ſ terrenos principes. ge. n. terra. ſ nabugodonoſor. ſ alias ut-
aduentꝰ tui: ſuſcitabit tibi gigãtes
ſ anime eorũ quos interfecerat. ſ inducen tu principis vt eius penam mirentur: cuius honorabant potentiam. ſ conſolate in penis eius
Omnes principes terre ſurrexe-
ſ etiã. ſ ſurrexerũt.
runt de ſolijs ſuis: omnes princi-
pes nationum vniuerſi reſponde-
ſ o nabugo. ſ morte eterna.
bunt ⁊ dicent tibi: Ecce tu vulne-
ſ ri. ſ et quos in terra ſeparauerit dignitas apud inferos ſociet pena. ſ quos occidiſti. ſ in penis.
ratus es ſicut et nos: noſtri ſi-
ſ quia.
milis effectus es. Detracta ẽ ad
ſ qua ſubiectis gẽtibꝰ letabaris. ſ morte.
inferos ſuperbia tua: concidit
ſ mortuũ peccatis. ſ omnis pena diaboli requies per contrarium erit. ſ qui ſuper regum pectora recũbebas.
cadauer tuum. Subter te ſter-
ſ Cũ prius pallia auro gemmiſqʒ diſtincta ſ p tinea ⁊ vermes inferni tormẽta deſignat.
netur tinea: ⁊ operimentum tuũ
ſ de ſolio potentie.
erunt vermes. Quomodo ceci-
ſ factus heſperus. ſ nabuchodonoſor alijs regibus glorioſior. vt lucifer ſtellis ſplendidior. ſ modo occidens.
diſti lucifer qui mane ori-
ebaris? Corruiſti in terram q̃ vul-
ſ ante caſum vel poſt.
nerabas gentes: qui dicebas in
ſ cum ſubiecerim michi terrã quid reſtat niſi in celum conſcendã. ſ iudeos qui ⁊ aſtra celi dei cognitione fulgentes.
corde tuo: In celum conſcendã
ſ non infra. ſ que non ceciderunt. ſ vel dei.
ſuper aſtra celi exaltabo ſolium
ſ eccleſia nõ poteſt abſcondi ciuitas ſupra mõtem poſita. ſ ſyon vbi templũ in quo teſtamentum. q̃ eſt in latere aquilonis.
meum. Sedebo in monte teſta-
menti in lateribus aquilonis: aſ-
ſ in firmamento erat. in celum vbi eſt dñi ſoliũ cupiebat aſcendere. ſ diabolorũ.
cendam ſuper altitudinem nu-
ſ vt ſicut ille prophetas ⁊ apoſtolos habeam.
bium. ſimilis ero altiſſimo: Verũ-
ſ nabugodonoſor vel diabole. ſ qui ſe exaltat. h. ſ a tanta altitudĩe.
tamen ad infernum detraheris
ſ in penis. ſ cordis intuitu.
in profundum laci. Qui te vide-
ſ humiliate.
rint ad te inclinabuntur: teqʒ ꝓ-
ſ dicentes.
ſpicient. Nunquid iſte eſt vir qui
ſ dicẽs ero ſimilis altiſſimo. ſ terrenos. quibus dicitur. terra es. ⁊ in terram ibis. ſ non ſubuertit. vnde mei autẽ pene moti ſunt pedes pe. c. g. m.
conturbauit terram qui concuſ-
ſ reges quorũ cor in manu dei. ſ virtutibꝰ fugatis.
ſit regna: qui poſuit orbem deſer-
ſ vicus. ſ quibus chriſtus dixit exite. ⁊ his qui in tenebris ſunt reuelamini. vnde diruptiſti vincula mea. ⁊ alibi dominus ſoluit cõpeditos. ſ peccatis.
tum: et vrbes eius deſtruxit: vi-
ctis eius non aperuit carcerem?
Omnes reges gentium vniuerſi
ſ quieuerunt. ſ celeſti. ſ q̃.
dormierunt in gloria vnuſquiſqʒ
ſ in domo patris m. m. m. ſunt. ſ dormiunt. ſ ſepulchro. ſ quaſi ſepultus regibꝰ quos occidiſti. tu iſepultus abicieris. vel ſi omnes anime aliquã requiem quãdoqʒ accipiant tu nunquam. ſ ſepultura nabugo.
in domo ſua: Tu autem proiectꝰ
ſ que in radice naſcens arbori affert ſterilitatem. digna incendio.
es de ſepulchro tuo quaſi ſtyrps
ſ ſicut ſanie. ſ ſanguine occiſorũ. ſ ſanie eorũ ſcʒ qui ſunt.
inutilis. pollutus et obuolutꝰ
ſ tuo ſcʒ.
cũ his qui interfecti ſunt gladio
ſ inferni.
⁊ deſcenderũt ad fundamẽta laci
ſ ſed tu exiſtens quaſi cadauer. ſ quod omnes fugiunt. ſ quia tu magiſter: illi diſcipuli. cui plus creditur: plus exigitur ab eo.
Quaſi cadauer putridũ ñ hebis

¶ Verũtamen ad i. Qui per virtutes potuiſti aſcendere ꝑ vicia cades. Sancti habent pennas columbe ⁊ aquile vt volent et requieſcant. Impij quaſi plũbum merguntur in aquis vehementibus. ⁊ deſcendunt i profundum quaſi lapis. Vnde iniquitas ſedet ſuper talentũ plumbi.
¶ Detraheris. Inuitus. Chriſtus deſcendit voluntarius.
¶ Profundum. Ad infimas ⁊ peſſimas penas. Quanto enim gradus altior: tanto caſus grauior.
¶ Laci. Id eſt inferni. Vnde cũ deſcẽdentibus in lacũ ⁊ poſuerunt me i lacu nouiſſimo. Sicut lacus aquas: ſic infernus animas ſuſcipit ad quẽ banaias deſcendit tpe niuis ⁊ leonẽ interfecit. Heretici relinquũt fontẽ aq̃ viue ⁊ fodiũt ſibi lacus cõtritos q̃ aquã nõ valẽt cõtinere. Vñ ſicut refrigerat lacꝰ aquas ſic malicia habentes ſe. qui nec calidi nec frigidi ſunt. i. nec credunt. nec omnino nõ credunt: ſed per tepore ⁊ ſimulationẽ ſi dei a domino reiciũtur.
¶ Eſt vir. Nõ deus. Vnde inimicus homo ſuperſeminauit zizania.
¶ Vrbes. Eccleſias: vt faceret ſinagogas diaboli et hereticã prauitate pollueret mundiciã fidei.
¶ Vinctis eius. Quos ſoluunt apoſtoli imitatores magiſtri qui ait. Quecũqʒ ſolueritis ſuper terrã e. ſ. ⁊. i. c. Soluũt autem ſermone dei. et teſtimonio ſcripturarum. ⁊ exhortatõe virtutum.
¶ Vinctis eiꝰ. Immẽſa eius crudelitas deſignatur q̃ nõ modo captiuos catenis onerabat. ſed in tenebris recludebat. vt nec euilmeradag filio ſuo aperiret.
¶ Omnes reges Hiero. Reges gentium quibus deus gentes crediderat gubernandas. qui cõcuſſi ſunt a nabugodonoſor. nec tñ ſubuerſi. quorũ non regnat peccatũ quia cor eorum in manu dei erat minime corruerũt quomodo enĩ deus deorũ chriſtus: ſic dominus dñantium ⁊ r. r. Hi requieuerunt in glã ſua. vnuſqſqʒ in domo ſua. quia apud prẽm diuerſe manſiones ſunt ⁊ ꝓ varietate virtutũ: varietas manſionũ. Sʒ nabugodonoſor nec in morte quieſcit a cruciatibus.
¶ Tu autem. Videtur fabule cõſentire. qua dicũt iudei nabugodonoſor in ſtatũ priſtinũ regreſſũ euilmeradag filiũ ſuũ (qui eo interuallo ſeptem annorũ regnauit) in carcerẽ miſiſſe ⁊ cũ ibi cũ rege ioachim in vita patris fuiſſe. Quo mortuo cũ nõ auderet regnũ ſuſcipe dicens: pr̃ meus q̃ vult morit ⁊ reſurgit. cõſilio ioachim. ccc. aues de diuerſis partibꝰ mundi

erquiſiuit·ꝛ corpus effoſſum in minutias diſſipatū ꝛ vnicuiq; ꝑtem alli gauit. Dixit enī ioachi cū hęaues ſimul ꝯuenerit reuiuiſcet pater tuus.
Quaſi cadauer. Multitudine peccatorum putruerāt ꝛ c·ſ·c·meę. Virtus ſuauis odoris eſt. Unde. Sicut vnguentū in capite·ꝛ odor tu us ſuauis·ꝛ facies tua ſpecioſa.
Conſortium. Scilicet ſepulturę·altera eſt enī pęna autoris·altera eius qui ab autoritate ꝯpulſus ē. Hic eſt gladi⁹ quo vulnerati ſunt plu rimi ꝛ īterfecti· vnde Gladiū ſuum vibra uit.
Tu enim ter ram. Quaſi in ſuꝑ bia tua regnū chal dęoꝝ deſtructū eſt· quod adhuc māſiſſ; ſi ſuꝑbia tua nō fuiſ ſet.
Populū. Quē tibi deus cōmiſerat corrigendū ꝛ regen dū·vī audet dicere. Hęc omīa mihi tra dita ſunt.
Occidiſti. Nō deo reſeruans viuos ſ; penę tuę ꝑparās ſocios.
Non uocabi tur. Jō non vocabi tur in·e· q: ipſe ſemē peſſimoꝝ eſt.
Nō φ ſemē malū ſit ꝑ ſe· deus enī fecit omnia bona. Sz ab his qui volūtate peſ ſimi ſunt: ortū ē ſemē malū· qđ voluntate nō natura fit. Unde Semē chanaan: et nō iuda. De hoīs dicit ꝑ euangeliū: ego voſ genui.
Omnes ꝯcordant hiſtorię·φ occiſo bal thaſar: nullus poſtea de ſemine nabugodo noſor regnauit·dele ta ē omnis progenies pro ſuꝑbia ꝛ impieta te patris.
Iniquitate. Lxx· Pro iniqtate pr̄is tui. Nō quidā non intelligētes·ora tonē qui regnat ī ma ri·quē leuiathan ap pellant hebręi: volūt eſſe pr̄em diaboli· ſe cundū illud q: men dax eſt ꝛ pater ei⁹ qđ male intelligēdo: de prauant.

§ ·i·non eris cum eis quos occidiſti ſoci⁹ in ſepultura·
conſortium neq; cum eis in ſe
† §hoc de diabolo·ꝛ nabugodo·† § etiā tuā.
† § non alienam tantū.
pultura. † Tu enī † terram † tuam
diſꝑdidiſti: tu populum tuū occi
† § Modo propheta in tercia ꝑſona loquit de nabugodo. § de diab· poteſt etiā dici·ī uo.
† § quaſi potētia ſtius omnino perit. § tuus.
diſti: † Non † vocabitur in ęternū
§ demonum· † § cogitationes opa ma la et impius patribus nata.
ſemē peſſimoꝝ. Pręparate † filioſ
§ nabugo· § pro
eius occiſioni ī iniquitate patrū
† § quaſi occidentur ne conſurgent vltra. § in regnum.
coꝛum. Non † conſurgent nec hę
§ patris· § ſanctoꝝ.
reditabunt terrā: neq; implebūt
§ niſi dominus cuſtodierit ciuitatem·
† § pro quia. § non eſt perfecta hominis victo ria. † § in cyro ꝛ dario.
§ omī· § vel nos.
faciem orbis ciuitatum. † Et † cō
§ filios ſcz nabugodonoſor·
ſurgam ſuper eos dicit domin⁹
† § vt non noſcetur domina regnoꝝ·
exercituum: ꝛ perdā † babilonis
§ filios ſcz· § Ne vltra pul lulent in vrbibus domini·
nomen: et reliquias et germen ꝛ
§ vel dicit † § nō ꝯcētus his.
progeniem ait dominus· Et † po
† § hinc etiā cetera monſtra intelligite·
nam eam in poſſeſſionem † ericii:
† § quibus circūdantur diuites.
† § ſimilitudo: vt omnes ſcilicz auferant qua ſi ſordes· § vel ibus·
et in paludes † aquarū: ꝛ † ſcopa
† § vt pereant babilonia ſemina. § vt nichil re maneat niſi ericius.
bo eam in ſcopa † terens dicit do
† § immobiliter ſtatuit. § quaſi his ꝑactis iu ramentum domini cōplebitur·
minus exercituum. † Jurauit do
† § quaſi non aliter poteſt fieri.
minus exercituum dicens. † Si
§ apoſiopeſis·quaſi non credideritis michi: ſi non fecero· † § vel ſtatui.
nō vt † putaui ita erit: et quomō
§ ſcz·vel ꝛ·
mēte tractaui ſic eueniet: vt ꝯterā

Et ponam ꝛc. Nichil eſt in ea niſi venatio regia·ꝛ coctilibus muriſ poſt annos plurimos refectis incluſa.
In poſſeſſi·eri· Mundus quoq; ab ericio ꝛ paludibus poſſidet modo·i·ab immūdis ſpiritibus·ſed in fine mūdi ſcopabit·i·purgnabit cū dominus igne purgatorio·
Jurauit dominus ꝛc. Huc uſq; de babilone ꝛ regibus eius ꝛ po pulis: nūc de ſennacherib ꝛ quę tunc iminebāt ſuper aſſyrios qui ſamari am iudęamq; vaſtauerūt pręter hieruſalem·ꝛ in ſuꝑbiam contra domi num elati·vī vna nocte·lxxxv·m·de eis ab angelo ſunt ꝑcuſſa. Et hoc ī terra iuda ꝛ in montibus eius ſicut dominus ꝑdixerat.
